

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0229

**LOG Titel:** De Pico Nidum Suspendente. Cap. XXXIX.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## FORMA. DESCRIPTIO.

Magnitudo  
Rostrum.  
Caput.  
Oculi

Cervix.  
Pedes

**F**ringilla, & Paro maiori paulò maior est, crassitie ad Alaudam proximè accedens. Rostrum ei est longiusculum, rectum, nigrum, & rotundum. Caput paruum. Oculi exigui, Collum, dorsum, alæ, necnon, & cauda superiorius è plùbeo ad cinereum vergunt: sub collo verò, & ventre è castaneo ad rufum. Sub ventre radices omnium plumarum ubique nigrae sunt, utripariter sub cauda: Quod enim in illa plumbeum diximus, id ex duabus tantum penulis procedit, quæ superiorem eius partem contingunt. Cervix ad latera lutescit, quæ parte inter rostrum principium, & retro oculos macula est oblonga nigrissima. Pedes ex glauco nigritate, & modico falso tinguntur. Digihi eorum satis longi, vngues adunci, recurvi, atri.

## VICTVS. NIDVS. GENERATIO.

**I**stæ alicula, si amplum in arbore foramen inuenierit, in quo nidulari avert, terra id, & limo claudit, angusto tantum aditu sibi relicto. Tantò verò id facit artificio, ut vel figuli manus rectius extrui nequeat. Prolem numerosam, teste à Aristotele, felicemq. progignit. Vult maceriem contundens.

## ANTIPATHIA. MORES.

**S**Ita, ut idem à Aristoteles tradit, cum Aquila pugnat. Quia enim Aquilæ frangit. Aquila tum ob eam rem, tum etiam quod carnivora est, aduersatur. b Inquit etiam ei mores esse pugnaces, sed animum hilarem, concinnum, compotem facilioris vita. Addit deniq. tem maleficam ei tribui, quia rerum calleat cognitione.

DE PICO NIDVM SVSPENDENTE.  
Cap. XXXIX.

## Synonima, eorumq. amphibologia explicata.

**Gazæ error**



I verum est, quod nominum æquiuocatio multotum sèpe errorum mater est, vt Philosophorum princeps Aristoteles scriptum reliquit: itaque minimè nobis mirum videri debet, si & huic aui attributa synonima multis, ijsq. doctissimis viris imposuerint ex una eademq. aue diuersas faciendi. Alij enim, cùm pro Gazam pro Chloreo apud Aristotelem Luteum, & Luteam, alibi verò pro Chlori Luteam rufus, & Luteolam traducere viderent, Chlotim cùm Chloreo vel confuderunt, vel saltem non rectè distinxerunt, nominis scilicet amphibologia decepti. Vbi sanè insignis Gazæ hallucinatio conspicitur, Chlorin enim viridem potius, quam luteam aut luteolam traducere debeat, ne aue cùm quadruplo maiori, & diuerso colore Chloreo nempe, pro qua voce rectè quidem luteam vertit, confunderet, alijsq. confundendi ansam Chloris, q̄ præberet. Chloris autem Vireo est, Auicula etiam satis nota, Verdone, & Verdiero nobis cōmuniter dicta. Longolius, & Turnerus, eosq. sequuti nonnulli alii, dum Chlorem à Chlorio. Longolij. & ne (ita Plinius vocat) diuersam aue melle conteidunt, & pro Chlorione quandam Passerem Turneri er Spermologum, quem Germani Gaelgortz appellant, nobis obtrudunt, nullis prorsus rationibus nituntur. Quod cùm demonstrare Ornithologus nititur, cuius quidem ex parte opinionem super hac aue amplexi sumus, necipile satis firmis id argumentis probat. Sic enim argumentatur: Aristoteles à Chloreo Turturam vincit, Plinius Chlorionem cùm Coruo pugnare scripsit, & Chlorioni Turturis magnitudo ascribitur: itaque verisimilius est Clorem Aristotelis Plinio Chlorionem esse, & cùm Coruo pugnare, quam vel Chlorin, vel Passerem Spermologum auiculas Coruo vel decuplo minores. Solent enim aues eiusdem magnitudinis sibi inuicem pugnantes. Verum vt Regoli, & quod paulò antè ex ipso Aristotele recitamus, Sitæ auiculae minimarum cùm Aquila auium regina, & Coruo multò maiore, & robustiore diffidium plus quam vatinianum eius falsitatem arguunt, ita etiam Chlorionem cùm Coruo diffidere aues sibi minimè verū est, Id enim perperam ex Aristotelem b Plinius transcriptis: vi non zōpæ in bl. x.c. 74. Græco textu legitur, sed πίτης, hoc est, Picus varius. Vnde ego non eiusmodi rationibus ad ductus

ductus Chlorem, & Chlorionem synonima fecerim, sed quoniam ipsummet e Plinio alibi c. 10. c. 29  
dissertissimis verbis. Chlorionem iuuium lateum esse, byeme non videtur, circa soluta procedere scripsit  
se videam. Ea enim exacte Chlorem competit. Idem Ornithologus, vbi Gazam apud Aristotelem:  
telem Kasiorum cum Lybo pugnare scribentem, Galbulum: item apud eundem eodem capite Cele-  
um, & lybum amcas inter se esse dicentem, Galbulum: & loedum traducit, texum Aristotelis  
meodosum, & priore loco non casivit, sed casivit per o breu in prima syllaba, hoc est, Picum vi Celeus auis  
ridem: posteriori verò loco casivit legendum iudicat, & Celeum ex ipsis Aristotelis verbis, qui que,  
nam circa pugnare, καὶ λόγυμα, hoc est, flatus, & amnes degre dixit, inter aquaticas, aut saltim,  
qua circa aquas vivunt, reponendam existimat, idq. prudenter admodum. Quomodo enim aves  
quas primū sibi pugnare dixerat, post invicem amare, Aristoteles nullubi sibi contraxisse vi-  
sus, nunc unico capite evidentissima contradictione scripsit? Hinc verò postea multi Ga-  
zam casivit, & casivit indifferenter Galbulum appellare cernentes, vnam, eandemq. auem esse,  
& Galbulum ab Oriolo, Chlorione, & Chlorem diuersam esse arbitrii sunt. In quem errorum Belloniū er-  
Belloniū etiam impegit. Alij rursus Galbulum, & Galbulam differre crediderunt, sed nullis  
rationibus adductis. Alij Galbulum cum Molicipite, qua Pica glandaria est; alijs cum Chara-  
dro seu Hiaticula, qua prope aquas degit. Alij deniq. cum Loxia, de qua nos postea, confunde-  
runt. Verum omnium hallucinatio facilē conuincitur, vt ex proprijs harum avium historijs qui-  
vis habere poterit. Alij Chlorem, & Galbulam differre quidem dicunt, sed consimiles ta-  
men, & congeneres esse concludunt. Ornithologus Oriolum seu Picum suspendentem nidum, Ornitholo-  
Chlorem sive Chlorionem, & Galbulum tribus complectitur capitibus, & tres aves diuersas ḡt̄or. Opin-pro-  
autum, cūn tamen unicam duntaxat iconem, eamq. pro Oriolo exhibeat. Mihi equidē om-  
nia Regalbulam, & Rigeijū distam in capite de Galbulā proprio describat, eius verò ico-  
nem mox in capite de Oriolo, vt ex descriptione, quam ponit, manifestè cognoscitur, nobis  
obtrudat; equidem non video, quoniam descriptionem tribus, vt credit, diuersis Aui-  
bus attribuat. Bononiensium Regalbulā seu Rigeijū nulla alia avis est, quā Galbulā seu Gal-  
gulus. Galbulam verò seu Galbulum Oriolum esse nominis etymum iudicat vtrq. enim a fl. Regalbulā  
uo colore, nomen inditum est. Siquidem Orioli nomen Albertus Attici sermonis parum pe-  
titus, à λαρεω̄ detorisse mihi videtur. Galbulum modò Chlorem seu Chlorionem esse Gal. Oriolus un-  
li in primis mihi persuadent, qui Galbulum Loriot vocant, & nomine semilatino Lorionem, de dītūs.  
vtroque autem vel à Græco (Chlorem,) vel à Latino (Chlorio) detorū, duabus scilicet priorib[us] literis ch detracit; Adhac Loriotto seu Lurioni Gallorū, vt doctissimus e Belloniū Gal-  
lus etiam testatur, nidum ex arboribus suspendere propriū est, quod Plinius ignarus id suum Plinius igno-  
Chlorionem facere, Pici cuidam generi, Albertus & auctor, quisquis ille sit, de natura rerum ranta.  
Oriolo tribuant. Adde deniq. nominis etymum, quod omnibus hisce synonimis à colore lu. d. L. 10. c.  
40 teo impositum est. De Chlorem primū, & Chlorionem nullum dubium est. Χλωρον enim Ari. 33.  
stoteli alijsque Græcis non de viridi duntaxat, verum etiam de luteo, quoniam de illo in primis Χλωρον q̄  
prædicatur, quod in quo est, & vitellum vocatur. Ita neque de Gallorum voce (Loriot) ambi-  
gendum: siquidem luridus color ea ipsi designatur, qui sanè luteus est: vnde e Plinio alibi Græcis.  
Chlorionem luridum alitē appellavit; & Galli homines luteis vestibus induitos Lorios, & Chlo-  
rios cognominant, vt annotat doctissimus f. Ioan. Bruyeres Gallus. Quare etiam idem q̄ Plinius Luridus a-  
alibi Icterum vocat, & a colore dici tradit, quoniam nempe spectata avis ab hoc malo, quod les.  
nihil aliud est, quam bilis per totum corpus suffusio, laborante, moriat, & ille sanetur. Verum f. L. 15. de  
et si etymum hoc à colore petritum apud Romanos in Galculo aut Galbulā locum habere mi. recib. c. 53  
nimē videatur: possit tamen à gælb. Germanorum superiorum, vel inferiorum geel, vt egregie h. L. 30. c. 11  
docet & Ioannes Goropius, deriuari. Siquidem Vegetius in primis eryngij florem galbinei co-  
Gall. h. L. 2. Gall.  
loris dixit, quem aureum Actius in eadem herba vocavit, qua meo iudicio ea est, quam in a. luteum Ve-  
50 gris nostris satis obuiam Eryngium luteum appellare soleo; et si in assignando istoc colore Turgetij.  
nebus dubitarit, quoniam ex doctissimo, vt ait, herbario eryngium coloris cærulei dilutioris es  
se intellexisset. Verum opinioni Goropij & nostra fauerit galbeum ornamentum; quod num au-  
rei coloris fuerit, & galbana (quorum Iuuenalis hoc meminit versu;  
*Cærulea induit scutulata, aut galbana rasa)*

Vestes flauæ aurum referentes, delicatores quiq. iudicent, quibus hic color propter metalli pre-  
tiosissimi similitudinem placuisse videtur, qui hac quoq. tempestate in sericis ratis splendidissi-  
mus est, & quamplurimis gratissimus. Belgica vox nobilitatem eius coloris egregie declarat  
Geel enim ipsis est, quasi ge el, hoc est, dans nobilitatem vel ad eam tendens. Cæterum Aristoteles fortè Chlorem, & Plinius illum sequutus Chlorionem dedita opera ita Galbulum vo-

*Cafenus.* carunt, ut utrumq. colorem luteum nemp & viridem in ea reperiri inuenient. Auis enim junior adhuc virescit, adultior verò, aut saltem annua facta alis tantummodo exceptis tota lutea euadit: atq. ita fortè  $\lambda\omega\rho\sigma$  Athenæo caseus dicitur viridis ac recens, & præmollis cuiusmodi in fiscellis circumfertur. Albertus alibi sui scilicet oblitus pro Chlooreo habet Glaro, & exponit genus Milui parui, qui Turturis pullos è nido rapere conetur, & impugnando parentes etiā alii quando interimat. Quam ineptam Alberti sententiam Niphus sequitur, & pro Chlooreo Grallum habet. Nominum itaq. sitorū amphibologia iam explicata, relinquitur modo, ut alia aliarum gentium synonima adducamus. Recentioribus Græcis Σῦρος quasi Ficedula: Venetis eadem ratione Bœquafigo dicitur, quoniam scilicet more Ficedulæ siebus vesctur: quare etiam aliquibus cum Ficedula turpiter cōfunditur. Circa Bononiā, vt dictum est, Regalbu<sup>lo</sup>, Reigalber, Galbedro, & Rigevo: Ferraria Melzicallio, Galber Bergomi: Italis omnibus Oriolo: Hispanis Oropendola, vel, vt alij scribunt, Oroyendola: Anglis V Vidueuuol: Germanis V Vituuol, & V Veidueuil, vt Turne<sup>r</sup> habet. V Viduuol, vt alij: V Viduuual, vt Trag<sup>o</sup>; V Vid<sup>o</sup> devual, vt Albertus: V Vedeuuol, vt Longolius: Heluetijs V Vitteuualch: circa Francfordiam ad Moenum Bierolff, Bruoder berolff: In Hessa Gerolff: In Saxoniam Byrolt, & Tyrolt: circa Coloniam kersenrise à maturitate cerasorum, quoniam eo tempore incipit apparere. In Germania inferiore ab aureo colore Goutmerle, quasi Merula aurea: in Brabantia Oliverle fortè ab olei colore, qui luridus est, vel prepter pinguedinem. Valde enim aus hæc pinguescit.

## GENVS. DIFFERENTIÆ.

a L. 10. c. 33.

b L. 23. de

Animal.

**P**a Linus citra omnem controversiam inter Picos hanc auem enumerat, vbi ait: Picos ali 30 quis (ignorabat autem Chlotionem, seu Galbulum, seu Icterum esse) nidum suspendit & c & b Albertus eadem verba Oriolo suo ascribens: Orioli, inquit, sunt de genere Picos. Plinius nidameos suspendere &c. Recentiorum etiam multi inter Picos enumerant: & Ornithologus Picum nidum suspendentem appellat; quod nomen mihi maximè placet. Discrepat à picis Aristotelis & à Coleo seu pico viridi pedum ratione, qua nisi cum Pico Murali, & Sitta conuenit, vt ex peculiari cuiusq. descriptione manifestum euadit.

## FORMA. DESCRIPTIO.

Magnitudo.

a L. 9. Hi.

Hor. c. 1.

Rostrum.

Color.

**M**agnitudo cum Turture ferè par; quare mirum non est, si Aristoteles Turturem ab ea occidi dixerit. Rostrum habet picorum more validum, sed aliquantulum recurvum, subrubeum in adulta, in iuniore subfuscum. Color totius corporis exceptis alis, & superioribus caudæ pennis in adulta flavius est, aut aures: in iuniore virescens: Adulta inter rostrum, & oculos maculam nigram habet: iunior minimè. Adulta alas habet nigerrimas, quarum pennæ, & remiges maximè in extremitatibus suis albescunt: iunior superiores pallidas, inferiores nigricantes. Huic item pectus, & anterior pars ventris albicant, & lineis multis, ijsq. nigris distinguuntur: posterior verò ventris pars magis ad flavidum inclinat. Cauda vtriq. quatuor aut quinq. digitos longa penas superiores nigras, inferiores aureas in adulta obtinet: in iuniore tota ad flavidum ex viridi vergit: ijsq. color in tota ave ex primo intuitu appetet. Ob tantam itaq. diuerositatem, vtriusq. iconē damus. prior est iunioris, secunda adulterioris. Iuniorē nimis magnam pector redidit. Pullos vñā cum nido, de quo subindè agam, nactus describere etiam non piguit, atq. cō maximè quōd colore ab adultis non parum varient. Rostrum pro portione corporis maximum habent, coloris cornei, at quā capiti neicitur, lutei, naribus fastatis patulis instructum. Vertex capitis luteobecbat, Dorsum & alæ luteo virides erant. Caudæ rudimenta aureo colore splendebat; alæ maiores fuscae: tota pars prona albicabat, maculis ob longis, fuscis decorata. Tibiae & pedes cinerei ad subuitide tendebant, vngues recurvi, eiusdē coloris. Sub alis etiam num audi erant, carne tubescente. Magnitudo eorum Passeribus par, aut etiam maior.

Ornithologiæ Lib. XII.  
GALBVL A I VVENTIS

857





## L O C V S.

**S**YNONIMORVN varietas apud tot diversas nationes huic volueri attributa, in quavis <sup>so</sup> ferè regione illam reperiiri indicant, licet Germaniz peregrinam Ornithologus tradat, à Galbula scilicet illam distinguis.

## V O X.

**C**VM cantillat orio siue loriot sonare, indeq; Oriolum dici author de natura rerum scripsit: mihi à colore, ut dixi potius id nominis accepisse videtur. Nec semper tali voce vixit. Variat enim eam, & quandoq; fistulæ instar, maximè vero imminentे pluvia cantillat.

VICIVS.

## VICTVS.

**V**ERMIBVS more Picorum vescitur: non tamen fructus aspernatur, inter quos fucus  
in primis, vnde Συκοφάγος quibusdam & Beccanigro Venetis dicitur.

## ANTIPATHIA.

**A**VES omnes à loco circa quem nidulatur, abigit. Cum Turture pugnat, teste a Aristotele, eumq. occidit. b Plinius Coruum & Chlertonem, vt antè etiam dictum fuit, noctu in c. i. vicem ora exquirere tradens, locum illum ex Aristotele perperam transtulit. Hic enim non b L. 10. c. xopat habet, sed n'opat.

74.

## NIDVS.

**N**IDVM in arboribus suspendere, inde q; Picum nidum suspendentem dici suprà quoque annotavimus: verùm de altitudine nidi inter Albertum, & Plinium non conuenit. a Ille enim suspendi primis in ramis cyathis modo, ut nulla quadrupes accedere possit: hic verò humilem adeo quandoque sese obseruasse scripsit, vt manibus ferè contingere, inter duos ramos extrudet. Alij autem exilissimis ramis suspensi, adeo vt in aere potius, c. 33. quam ex illis pendere videantur. Sunt qui sericum in nido reperiunt, aue non longè ab aqua nividicare, nidumq; ex musco, funiculos verò, quibus illum suspendi, ex equinis pilis contextere dicant. Albertus contrà eiusmodi nidum è feno, & culmis contextum obseruauit instar callathi, vel corbis ficiarij è iuncis intexti, culmis, & filis quibusdam, surculis toto circuitu annexum: ita vt fila non dependent, sed surculis planè annexa essent. Vincula autem illa non feligere, sed obuius quæq; modo culmos, modo iuncos, modo fila è lino aut serico, modo pilos equinos arripere in vnum suum existimat. Alij rursus ex lanagine nidum constare tradunt, cumq; tanto ab ave artificio construi, vt artifices, qui pileos conficiunt, supereret. Figurā testiculorum Arietis nidi referre Albertus etiam scripsit. Ex quibus satris cōstare arbitror hocce avium genus non eandem pro extrudi sibi nido materiā, sed obuiam quamvis, modò apta esse queat, inquire. Artificium verò illud, quo in nido fabricando vti auis dicitur, contemplari cupienti, antequā eius historiam in lucem ederem, ecce opportunitè Cesar Rinaldus patritius Bononiensis, quē inter Hetruscos poetas ob scribēdi dexteritatē, verborumq; elegantia Ludouico Ario. 40. sto annumerare soleo. nidum, vt est vir humanissimus, meiq; studiosissimus, in agro suo inuentū dono misit, cuius hic iconem exhibere cum brevi adiecta descriptione placuit. Imitabatur nidas iste ad vnguem scutellam, rotundus scilicet, atque concavus, ex canabinis filamentis totus confectus, superius ramo nucis iam fructibus prægnantis annexus. Inspicienti reuera artificiū eius non appareat, at examinanti nihil ingeniosius ab aue rationis experite cōfici posse videtur. Eiusmodi enim nidi, nempe rotundum, & cauū fabricare volenti, ramus erat per multas arbores querendus ad inferendam illam figuram hemisphæricam idoneus, quem nisi ex parte auis nancisci potis, bifurcatum huncramum sibi inter alios elegit, quod altera eius furca veluti in ancone definsis propius quam alij ad rotunditatē accenderet. Hanc itaq; ex equo vt decebat, exprimere nequians, exiguum alium, ac tenuerrimum ab ancone illo enatum ramulum alteri furcæ annexit, atque eo modo, eo inquam ingenio nidum rotundum fecit. Neque hinc totum dependet artificium, cum longè maius sit in applicatione cannabis ad ramos. Etenim tam ingeniosè ipsi circumvoluitur, vt non ab ave, sed ab homine factum existimes. Sed nec hoc etiam mirum videbitur, si quodam iam dicturus sum, audieris, & perscrutatus fueris, quo modo nimirum tota nidi cavitas deorsum dependens in aere, quatuor pullos eisque satis magnos, imo adultis Passeribus maiores sustinere queat, quādo totus, vt dixi, ex cannabe præparata, eaq; satis flaccida constat: Quod itaque inconveniens ne accideret, auishoc pacto prospexit: filii quibusdam crassioribus, robustioribus, quæ vel ad hoc sibi reseruauit, vel dum opus ijs erat, quæsivit, nidum extrā tam egregiè munivit, vt longè grauiori ponderi par esse queat. Postrem in nidi acutè ac industriè admodum festucas ingessit, gnara nempe cannabem aliqui pullorum vngubus, qui per se satis curui existunt, continuè adhæsuram, vnde tenelli excrementa egerere volentes impedirentur.

MORES.

## GALBVLAE NIDVS.



## MORES. INGENIVM.

a L. 10.6.  
 25. VIS est migratoria, a Plinio & b Aeliano testibus. Hyeme eum videri negant, sed  
 b L. 4. de astiu maximè tempore in conspectum venire, discedere exortu atque fideris, &  
 a L. 5. 47. pullis editis Italiam relinquere. Ornithologus ad suos accedere Maio plerumq; men-  
 se, vel circa decimū Aprilis, prius verò in locis calidioribus apparere refert, & in quibusdam  
 Gallia locis mense Martio. Circa Coloniam cùm cerefa maturescunt, vnde illis Kersentifén  
 c L. 10.6. dicitur. Mirum equidem quod de hac ave scribit c Plinius, dependentem pedibus somnum capere,  
 33. Haudon. quia tuuorem se speres. Auicenna referente Alberto Audon, alias Halydon vocat, & gestus  
 Halydon, humanos Simias instar æmulari tradit, & cantum persuasum edere, linguamq; extremam acu-  
 tam non habere: Mihi de hac ave Auicenna loqui non videtur.

## DENOMINATA.

I CTERVM, morum regium seu arquatum ab Ictero aue denominatum antè ex Plinio  
 Icterus  
 morbus. diximus: Alij tamen ab Icti Mustela genere illud malum denominarunt, ab aureo scilicet oculorum animantis colore. Quorum sanè iudicium mihi minimè displiceret, at opiniōnem nostram Icterum à flavo colore nomen accepisse, egregiè astruit: quare etiam Auen  
 Ictis mu- à colore eorundem oculorum nomen meruisse quispiam meo iudicio non inepte credat.

Plinius

<sup>10</sup> a Plinius laceritiae gemmae meminit, & à Lurido aliter non habere sit, quoniam illi simili  
Iris sit: vnde ad regios morbos salubris etiam existimatur. Genera autem huius gemmae qua-<sup>a L. 37. c. 10.  
litteritiae gæ-  
tuor constituit.</sup>

Cypres si fructus galbuli dicuntur: an à colore lurido ut nomen indicat? Luridū enim etiam <sup>Cupressi</sup>  
Grammatici interpretantur, quod supra modum pallidum est, quasi Ioridum, & loro percutsum: <sup>Ioridus.</sup>  
item pro fœdo colore: vnde & Ouidius aconitum luridum vocat ab effectu, quia scilicet homi- <sup>O Lib. 1. Me-</sup>  
nes luridos reddat. <sup>tam.</sup>

Lurida terribiles mīcent aconita nouerç.

## A V G V R I A. P R Æ S A G I A.

<sup>20</sup> Libertus ab auguribus V Videuuali vocē, & volatū inter omnes aues, q̄ è rapina non  
vivunt obseruari scribit: quod si verum est, inter oscines, & præpetes enumerabitur. <sup>a In C. Cæ-</sup>  
Cæterūm hic obiter a Suetonij locū, vbi de manūstis C. Iulij Cæsaris cedis futuræ <sup>fure cap. 82.</sup>  
prodigijs loquitur, emendare placet. Pridie Martias idas, inquit, aue Regaliolum cum lauro  
rānulo Pompeiane curie se inferentem, volucres varij generis ex proximo nōmōre prosequente, ibi ē  
discerpserant. Quo loco Philippus Beroaldus Regaliolum Iestrum esse creditur, quoniam for. <sup>Regaliolus</sup>  
tē hec Italis vulgō Regalbulo diceretur: cū tamen meo iudicio ea avis nullā alia sit, quam <sup>avis Suetonij que.</sup>  
quam b Plinius regem Avium in Italia appellari testatur, nempe Trochilum. <sup>Ia enim in bl. 10. c. 74.</sup>  
Cæsarem ac regein, avis etiam regiæ omen potius conuenier. Etenim Regaliolus à Regulo,  
& Regulus rursus à rege diminutiū est, quod nomen auncula omnī minima merito iure me-  
teri videtur.

Oriolus cū ad Germanos accedit, non amplius nōscituras pruinis certa spes est. Immī- <sup>Præsagia.</sup>  
nentem verò pluviām prælagit, cū n fistulam voce reficit, vel cū ad domos propriūs accedit.

## M E D I C A. V S V S.

<sup>40</sup> **A** Vis Icterus, si, vt testatur a Plinius, spectetur, saniri id malum aiut, aue mori. b Alibi <sup>a L. 30. c. 18.</sup>  
etiam gemmā Icteritiam ad eundem aff. cūm valere dixit. <sup>b L. 37. c. 10.</sup>  
Hieronymus Tragus hanc volucrem inter eas enumerat, quæ in cibum hominis ce-  
dunt, & apud nos à multis non ad mensa solūmodo accipit, sed in primis ferè delicijs etiā  
habetur. Pinguisceit enim mirum in modū, bonum succum generat, carne est admodum deli- <sup>c Li. 15. de-</sup>  
cata, vnde mirum est, quod Galli, vt c. Ioannes Bruderus Gallus refert, hanc auem à mensa vñ re. cib. c. 53  
reijciant.


## F A B V L O S A.

**S** Vnt, qui huiuscæ avis pullos etiam in quatuor partes dissectos coalescere, & renasci dicere <sup>Herba Iu-</sup>  
non vereantur, & à parente herbæ Iuliæ auxilio consolidari. <sup>lia.</sup>

## C A P I E N D I R A T I O:

<sup>50</sup> **A** Vcupes, qui huic avi lucri causa plurimū insidiantur, Noctuis eam capiunt. Capitur ta- <sup>a L. 13. Ep. 1.</sup>  
men retibus etiam, vt id genus aues propemodum omnes, quod a Martialem minimè la- <sup>gramina.</sup>  
tuit, cūm canit.

Galbula decipitur calamis, & retibus ales,  
Turget adhuc viridi cūm radis vñc mero.



## DE CHLORIONE INDICO.

### Cap. XL.



Vem hanc, cuius modo iconem exhibitus sum, Illustrissimo ac Excellentissimo  
D. Cæsari Marchioni Facchinetto Senatori, & ciui Bononiensi, Innocentij no-  
ni, summi Pontificis, cui ea inter alias peregrinas suo etiam loco describendas  
ab Iaponensi Rege Sixto Quinto pariter Pontifici dono transmissas relicta erat  
nepoti acceptam refero. Hanc inquam exoticam auem Chloren seu Chlorione  
Indicu appellare placuit. Aristoteles enim, modo agnouisset, hanc potius, quam postremum de  
scripta *χλωρία* absq. vlla hæfstratione erat nuncupaturus. Siquidem avis ista c maxima sui par-  
te, quinimo toto corpore lutea est, si coronam verticis, & caudæ alarumq. maculas (quaæ in ico-  
ne manifestè conspi ciuntur,) cæruleas, & rostrum, pedesq. quaæ insigniter rubent, excipias.

DE